

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

IV. Testimonium Spiritûs, Sanguinis & Aquæ.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

IV. *Testimonium Spiritus, Sanguinis
& Aqua.*

TRes quoque sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus, deinde Sanguis & Aqua, quæ ex Domini mei Latere profluxerunt; in cuius signum aqua vino miscetur in calice. O Spiritus mei Salvatoris testimonium præbe præsentia Domini mei, dum tui similitudinem nempe Spiritum Christi mihi communicanti communicas. O Sanguis & aqua Redemptoris mei, lavacrum mihi perfectum confidite, magnam animæ puritatem & cordis fervorem concedendo; ut tanquam Leo ignem spirans ab hac mensa divina recedam factus diabolo terribilis, Sacra sanctæ veræ Trinitati amabilis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hymnus.

Veni Sancte Spiritus & emitte es-
tus, &c.



IGNIS